Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber Chori B.M.V. in Erfordia - Cod. St. Peter perg. 50 a

Erfurt, [13. u. 14. Jh.]

Collectarius

urn:nbn:de:bsz:31-28186

Visual Library

porcione presentiarum eosdem
vicarios careant quousque
defectus huiusmodi duxerint
reparare. Et nichilominus vicarius
suus tunc sicut ceteri vicarii
in diuinorum officiis teneatur.
Actum Anno domini M. CCC.
vicesimo Nono.

Tempore presentiarum qui non venerit ad missam ante eleuationem corporis et sanguinis domini de presentiis nihil recipiet. Si vero prius venerit. Qui non venerit ad vigilias nouem lectionum ante septimam lectionem et trium lectionum ante undecimam nichil percipiet. Actum in capitulo nostro Anno domini Millesimo ccc xxiiii° iiii Kalend. Novembr.

Feria iiii. iiii temporum post exaltationem crucis.

Capl' Lete comedite pinguia et bibite mustum et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi quia sanctus dies domini est. nolite contristari gaudium etenim domini est fortitudo nostra.

Or. Misericordie tue remediis quesumus domine fragilitas nostra subsistat ut que sua conditione atteritur tua clementia reparetur.

Feria sexta quattuor temporum.

Sanabo contritiones eorum populi diligam eos spontanee quia auersus est furor meus ab eis. Or.

Presta quesumus omnipotens deus ut obseruationes sacras annua deuotione recolentes et corpore tibi placeamus et mente.

Sabbato iiii temporum. Lc.

Decimo die mensis septimi dies expiationum erit celeberrimus et vocabitur sanctus: affligetis animas vestras in eo et offeretis holocaustum domino.

Or. Omnipotens sempiterne deus qui per continentiam salutarem et corporibus mederis et mentibus maiestatem tuam supplices exoramus ut pia ieiunantium deprecatione placatus et presentia nobis subsidia prebeas et futura. Per.

Hic incipiunt capitula de apostolis.

Stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum. Capitulum.

Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura omnis qui credit in illum non confundetur. Fratres. Capitulum.

Similitudo vultus quatuor animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium et quasi aspectus lampadarum. Capitulum.

Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in christo. Fratres.

Fratres scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Fratres.

Fratres iam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum et domestici dei. Capitulum.

Hii sunt viri misericordie quorum iusticie oblivionem non acceperunt cum semine eorum permanent bona. hereditas sancta nepotes eorum. Fratres.

Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati.

De uno martyre. Capitulum.

Hec dicit dominus. Creans te iacob et formans te israel noli timere quia redemi te et vocavi te nomine tuo. Fratres.

Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum et in conspectu altissimi deprecabitur.

Karissime nemo militans deo implicat se negociis secularibus ut ei placeat cui se probavit. Capitulum.

Beatus vir qui in sapientia

morabitur: et qui iustitia me
[A]d tres: Gratias [C]ontabitur:
agere debemus semper deo pro
vobis ita ut dignum est quoniam sup
ercrescit fides vestra et habundat
karitas uniuscuiusque omnium vestrum
invicem. Item Capitulum.

[R]ime: Memor esto dominum
Jhesum Christum resurrexisse
a mortuis ex semine David se
cundum evangelium meum. Cap.

[I]ustum deduxit dominus per vias rec
tas et ostendit illi regnum dei
et dedit illi scientiam sanctorum, hones
tavit illum in laboribus et comple
vit labores illius. Capitulum.

[S]apientiam omnium antiquorum
exquiret sapiens: et in prophe
tis vacabit. et versutias pa
rabolarum simul introibit. capitulum.

[D]ilectus deo et hominibus
cuius memoria in benedictione.

[B]eatus homo [C]... est
qui invenit sapientiam

et qui affluit prudentia. me
lior est acquisitio eius negocia
cione auri et argenti. primi et pu
rissimi. Item aliud capitulum.

[I]ustus si morte preoccupatus
fuerit: in refrigerio erit. senec
tus enim venerabilis est non
diuturna neque numero an
norum computata. Capitulum

[N]ones: Qui parce seminat
parce et metet: et qui
seminat in benedictionibus de benedic
tionibus et metet. Aliud capitulum

[B]eatus vir qui inventus
est sine macula et qui
post aurum non abiit nec spe
ravit in pecunie thesauris.

De martiribus Capitula.

[R]espondens unus de seni
oribus dixit michi hy qui
amicti sunt stolis albis qui
sunt et unde venerunt. et dixi
illi domine mi tu scis. Capitulum.

[H]y sunt qui venerunt de m...

Tribulatione magna et laue-
runt stolas suas et dealbaue-
runt eas in sanguine agni. R.
Metuentes dominum sustinete
misericordias eius: et non deflec-
tatis ab illo ne cadatis. Cap.
Qui timetis dominum credite
illi: et non euacuabit merces
Fratres: Spectaculum uero
facti sumus mundo angelis
et hominibus nos stulti propter christum
uos autem prudentes in christo
nos infirmi uos autem fortes
uos nobiles nos autem ignobiles
Lingua sapientium Ecclesiastici
ornat scientiam in omni
loco oculi domini contemplantur
bonos et malos. Capitulum.
Iusti in perpetuum uiuent et a-
pud dominum est merces eorum
et cogitatio eorum apud al-
tissimum. Item ad capitulum
Qui timent dominum non
erunt incredibiles illo

illius: et qui diligunt illum
conseruabunt uiam illius. Item
Benedictus deus et pater domini
nostri ihesu christi: qui secundum
magnam misericordiam suam rege-
nerauit nos in spem uiuam
per resurrectionem ihesu christi ex
mortuis. Item aliud capitulum.
Iustorum anime in manu dei
sunt et non tanget illos tor-
mentum malitie uisi sunt ocu-
lis insipientium mori illi
autem sunt in pace. Capitulum.
Expectatio iustorum leti-
cia spes autem impiorum
peribit. Item ad capitulum.
Reddet deus mercedem la-
borum sanctorum suorum et
deducet illos in uia mirabili
Fratres: Rememoramini
pristinos dies in quibus
illuminati magnum certamen
sustinuistis passionum in
aliquo quidem opprobriis

tribulationibus spectaculum

Fres mei karissimi et desideratissimi gaudium meum et corona mea sic state in domino karissimi euchodiam rogo et sinticen deprecor id ipsum sapere in domino. Capitulum

Rogo et te germane compar adiuva illos qui mecum laboraverunt in evangelio cum clemente et ceteris adiutoribus quorum nomina sunt in libro vite. Al. Capitulum.

Fres: sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones in christo ihesu.

Fres: Quicumque domino nostro baptizati sumus in christo ihesu in morte ipsius baptizati sumus. De confessoribus pontificibus. in natali pontificibus

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inventus est iustus et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Benedictionem omnium gentium dedit illi et testamentum suum confirmavit super caput eius. Statuit illi testamentum sempiternum et dedit illi sacerdotium magnum et beatificavit illum in gloria.

Fres: plures facti sunt sacerdotes idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in eternum sempiternum habet sacerdotium.

Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Cap.

Hec dicit dominus. Scietis quia misi ad vos mandatum istud ut esset pactum meum cum levi dicit dominus exercituum pactum meum fuit cum eo vite et pacis

Labia sacerdotis custodiunt scientiam: et legem requirent ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Capl

Fratres. Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci optimum enim est gratia stabilire cor non escis: que non profuerunt ambulantibus.

Dedit dominus confessionem sancto suo et excelso in verbo glorie de omni corde suo laudavit dominum et dilexit deum qui fecit illum.

Karissime: testificor coram deo et christo ihesu qui iudicaturus est vivos et mortuos et adventum ipsius et regnum eius predica verbum insta opportune importune argue obsecra increpa in omni patientia et doctrina. Capl

Ecce sacerdos magnus qui in vita sua suffulsit domum et in diebus suis corroboravit templum.

Rigabo ortum meum plantationum: et inebriabo partus mei fructum. Ad cap.

Nemo michi de cetero molestus sit ego enim stigmata domini mei ihesu christi in corpore meo porto.

De virginibus Capla.

Sapientia vincit maliciam attingit ergo a fine usque ad finem fortiter: et disponit omnia suaviter.

Fratres. qui gloriatur in domino glorietur. non enim qui se ipsum commendat ille probatus est sed quem deus commendat.

Emulor enim vos dei emulatione. despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo.

Domine deus noster exaltasti super terram habitationem

mea et pro morte defluente de
precata sum. Inuocaui dominum
patrem domini mei ut non derelin
quat me in die tribulationis
mee et in tempore superborum sine
adiutorio. Aliud capitulum
Confitebor tibi domine rex
et collaudabo te deum
saluatorem meum qui adiutor
et protector factus es michi
et liberasti corpus meum a
perdicione. Capitulum.
Fides: De virginibus pre
ceptum domini non habeo
consilium autem do tamquam mise
ricordiam consecutus a domino ut
sim fidelis. Da sich zu
Sapientia laudabit a
nimam suam et in deo ho
norabitur et in medio populi
sui gloriabitur. Sexta Capitulum
Fidelis sermo et omni ac
ceptione dignus quia
Christus Ihesus venit in hunc mun

dum peccatores saluos facere
quorum primus ego sum. Capitulum
Mulierem fortem quis inue
niet procul et de ultimis
finibus precium eius confidit in
ea cor viri sui et spoliis non
indigebit reddet ei bonum et non
malum omnibus diebus vite sue.
Fallax gratia et vana est
pulchritudo mulier
timens deum ipsa lauda
bitur. De visitacione beate v.
Surge propera amica mea
speciosa mea et veni. Ostende michi
faciem tuam. Sonet vox tua in
auribus meis. Vox enim tua dulcis
et facies tua decora. Oratio
Deus qui hodierne diei
uenerandam diuitatem in ihesu christi matre
laudibus nos ueniari fecisti.
presta quesumus ut quem cuius dei uerbis
humilitatis et gaudiorum quibus
elizabeth uisitauit recor
dium celebramus a pijssimi
filij tui meritis gratia nunquam excada

Ecce iste venit saliens in montibus transiliens Capitulum wy. p cud.
colles. Similis est dilectus meus capree hinnuloque ceruorum.
Coll. Concede misericors deus. Ant. Gaudens gaudebo in domino et exultabit
anima mea in deo meo.

In aduentu. Coll. de beata virgine.

Deus qui de beate marie sem
per virginis utero verbum tuum an
gelo annunciante carnem sus
cipere voluisti presta supplicibus
tuis ut qui vere eam dei ge
nitricem credimus eius apud
te intercessionibus adiuuemur.

Concede nobis quesumus Barbare v.
domine rorem tue benedictionis me
ritis et intercessione beate barba
re virginis ac martiris tue lar
gius infunde ut qui eius im
ploramus auxilium scelerum
tuę propiciationis sentiamus ef
fectum. De concepcione beate marie com.

Dominus possedit me. Coll.
Deus ineffabilis misericordie qui
prime mulieris piacula
per virginem expiandam sanx
isti da quesumus concepcionis eius sol
lempnia digne venerari
que unigenitum tuum virgo con
cepit et virgo peperit do
minum nostrum ihesum christum. Qui te

Emerenciane v.

Maiestati tue nos domine
martiris et virginis tue Emerenciane
supplicatio beata conciliet ut
qui inestimabiliter actibus nostris
offendimus eius precibus adiuuemur.

Fac nos quesumus domine Thimothei apli.
intercedente beato thimotheo
apostolo tuo a cunctis adversitatibus uite
periculis respirare: et eodem
suffragante ad eterne felici
tatis beatitudinem peruenire
ut iuste que admodum exem
plis docuit peruenire.

Omnipotens sempiterne Dorothee v.
deus laus nostre beata et gloriosa
virgo et martyr dorothea
multorum tormentorum genera
superauit te sui . ... exo
ramus ut eius meritis et precib
cuncta pericula uincamus
et pariter ... nobis ne
cessitatibus piam ac celerem
adiutricem sentiamus. Apollonie.

Exaudi quesumus domine famulos

tuos ad te toto corde clamā
tes ꝛ ꝑ intcessione bte ꝛ gl
oriose uirginis ac mris tue
grām nobis tue misericor
dionis impende. Juliane v.

Omps sempīne ds qui infir
ma mundi eligis ut forcia
queq̄ confundas da nobis
in festiuitate sce Juliane
uirginis ac matris tue
congrua deuotione gaudē
ut et potentiam tuā in eius
festiuitate laudem͛ ꝛ pro
uisu nobis ꝑcipiam͛ aux
ilium. In annūciacōe b. ma. Capit.

Ecce uirgo concipiet. Orō

Gratiam tuam qs dn̄e mē
tibus nr̄is infunde ut qui
angelo nunciante xp̄i
filii tui incarnacionē cog
nouimus ꝑ passionē eius
et crucē ad resurrectionis glo
riam ꝑducam͛. Ambrosy e.

Omps sempīne ds qui po
pulo tuo etne salutis
btm Ambrosiū epm mi
nistrū concessisti. pīa qs: ut
quē doctorē uite habuim͛
in terris intercessorē apud
te semp habē mereamr in
celis. Adelary Epi. Capitl.

Memor esto dn̄e xp̄e. Orō.

Pīa qs omps ds ut bti
Adelarii mris tui atq pont
ficis ꝑsentiam uenerantes:
meritis ipsius apud te pro
tegamur et precibus. Aurei et Justine.

Deus qui glori
ficatis in consilio scōz tuoz
Aurei et Justine respice ad
preces humilitatis nr̄e:
ut quorū sollempnia cele
bram͛ eorū etiam patrocinijs
adiuuemr. Decē miliū militū.

Ds qui adimplendū passi
onis tue exemplū x. decē milia
militū uictis pcelis subire
fecisti tribue qs ut q eoz pas
sionē ueneram͛ passionis tue
etiam dona consequi mereamr. et.